

**Historia De Vita, Moribvs, Rebvs Gestis, Stvdiis Ac  
Denique morte Praedicantium Lutheranorum, Doct.  
Martini Lvtheri, Philippi Melanchthonis, Matthiae Flacii  
Illyrici, Georgii Maioris, et Andreae ...**

Complectens ortum, progressum [et] incrementa, tum arcana plurima  
hactenus non prodita, omnium penè huius temporis haeresum

... Vita ... Philippi Melanchthonis. Matthiae Flacii Illyrici. Georgii Maioris, Et  
Andreae Osiandri

**Ulenberg, Kaspar**

**Coloniae Agrippinae, 1622**

I. Osiandri natuitas & patria, habitus corporis & felicißimi ingenij dotes.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65643](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-65643)



VITA ET RES GESTÆ  
ANDREÆ  
OSIANDRI,

Ab ortu ad obitum usque

AVTORE CASPARO VLENBERGIO  
Lippiensi.

C A P V T I.

- I. Osiandri natiuitas & patria, habitus corporis & felicissimi ingenij dotes.
- II. Lutheranismo imbutus Norinberga hebraicam linguam docet, concionatorq; ibidem Schlusselburgius in hares. Osi-  
non multò post factus Albertum Borussiæ andr. p. 42.  
Ducem à fide Catholica abducit. & seq. Hen-
- III. Norinbergenses religionem mutant, inuito ricus Pan-  
Bambergenſi Episcopo, abolitoq; Catholicæ thaleo, part.  
fidei exercitio, Osiandrum, mutationis au- 3. Bucholt-  
torē, superintendentem constituunt Mar- zerus ponie  
purgum ad Colloquium euocatum. anno 1498-  
19. Decem-
- IV. Nouum dogma Osiandri de iustificatione a- ANNO  
liq; opiniones eius. 1496.

NDREAS Osiander anno 1496. I.  
14. Decemb. natus est in oppi- Osiandri  
do Franconiæ Guntzenhausen, natiuitas  
quod sex milliaribus Norinber- & patria,  
ga distat. Patrem habuit fabrū

ANNO  
1496.

Habitus  
corporis, &  
ingenium.

Witten-  
bergā pro-  
ficiuntur.

Eminentia  
eius in hu-  
maniori  
litteratura.

Anno 1522.

II.  
Noriberga  
Luthera-  
nismum  
amplecti-  
tur.

Lecturam  
obit in mo-  
nasterio  
Augsti-  
nensium.

Cā. in vit.  
Met. p. 196.

ferrarium, cognomento Hößman; quod cum filio litteris humanioribus iam exculto displiceret, pro Hößmanno sese Osiandrum appellavit. Erat Andreas homo tricus, fœdis moribus, vultu toruo, & facie luridâ, imo subnigra ad horrorem usque, ut fabri ferrarij filium agnosceres. Interim ingenio valebat plurimū; cumq; in patria prima studiorum fundamenta posuisset, VVittenbergam profectus est ad uberiorem ingenij culturam. In studiis assiduus fuit & industrius, eaque cepit incrementa, ut inter viros doctos sui temporis non insimus habentur. Latinæ, græcæ, hebraicæ; linguae cognitionem non vulgarem adeptus Lutheranæ Theologiæ mysteria simul, & inter primos quidē Lutheri discipulos imbibit: quanquā postmodum à Luthero eiusq; discipulis secessionem fecit, ut infra suo loco dicemus.

Cum verò Lutheranismi contagio longè lateque se per Germaniam diffunderet, Norinberga quoq; mature, vel inter primas Imperij ciuitates infecta fuit: quâ in re Osiander multum laborauit, licet ante annū 1524. in diuino cultu publicè nihil mutatum fuit.

Est in ea ciuitate monasterium Augustinen-  
sium, in quo Osiander hebraicæ lingue pra-  
cepta docuit, mercede ab iis acceptâ, qui  
docentem audiebant. Ita factum est, ut ob  
famam eruditionis primariis in republi-  
ca viris innotesceret; inter quos & Bilibal-  
dus Pirckheimerus fuit, vir ob doctrinam

exi-